

Item nuntius Joh. D. D. D.

Item nuntius Joh. D. D. D.

Item nuntius Joh. D. D. D.

Item nuntius Joh. D. D. D.

Item nuntius Joh. D. D. D.

Item nuntius Joh. D. D. D.

- Personalschriften -
 = 54 Nummern, 1628.-1642. J. =

51. Albinus, M. Loo.	44. Heinrich, Sam.	35. Pucklirsch, Jos.
32. 33. 34. } Baldwin, Friedr.	46. Holtzmüller, Joh.	41. Quellmaltz, Loo.
42. Bamberg, Loo. d. J.	29. Horlemann, Andr.	8. Röber, Sabina
26. 27. } Barthmann, Joh.	49. Hülsemann, Johann	45. Schindler-Berg
4. 5. } Biener, Christ.	50. Hlchner, Paul	43. Sperling, Paul
40. Braun, Valmt.	7. Johann Georg, Kerlück	18. Ströer, Matth.
20. Coler, Johann	21. Kirsten, Mart.	1. Treutzsch, Chris. u. a.
22. Cramer, Theod.	17. Liborius, Joham.	11. Ull, Johannes
24. Crusius, A.	16. Macht, Michael	12. ders.
48. Ehrenhold	3. Neefe, Joh. Cusp.	25. Wagner, Gottf.
23. Emmerling, Sam. 54. Ewenor	13. Nigrinus, Wilt.	6. Weber, Paul
52. 53. } Ferdinand III	14. ders.	31. Wächinger, Joh.
10. Gärtner, Paul	15. ders.	39. Weiskopff, Joh.
47. Gotterrichtungen epliche nach Ovidscher Art	36. Plattner, Georg	9. Weller, Jakob
2. Graul, Daniel	37. Polonius, Raph.	19. ders.
28. Graul, Daniel	38. ders.	30. ders.

TORMENTUM APOLLINEUM. 53

Quo
SERENISSIMO, POTENTISSIMO, ET INVICTISSIMO PRINCIPIS AC DOMINO,
DOMINO

FERDINANDO TERTIO,

ROMANORUM, HUNGARORUM,
ET BOHEMORUM REGI &c.

Archiduci Austriae, Duci Burgundiae,
Stiriae, Carinthiae & Silesiae &c.

EXERCITUS PATERNI

FERDINANDI SECUNDI,

Romanorum Imperatoris Augustissimi &c.

ARCHISTRATEGO VICTORIOSISSIMO &c.

REGI, PRINCIPIS, AC DOMINO, DOMINO
SVO CLEMENTISSIMO &c.

Ea, qua debuit animi submissione

ANNO

Quo

ferDinanDVs tertIVs, DVX belli VenIt.

Applaudabat

M. MATTHIAS JACOBUS,

Silesius, Sac. Cas. Auctoritate

Notarius Publicus.

EDITIO SECUNDA.



VRATISLAVIAE, Typis BAUMANNIANIS.

Impensis Haeredum DAVIDIS MÜLLERI.

DEVS IVDICIUM TVVM REGI DA:
ET IVSTITIAM TVAM FILIO REGIS &C:
Pfal: 71. Vers: 1.



Filius Est Regis, Dux, Imperijq, Nomarchæ
Armorum Nexus, Damnaq, Vimq, Secat.

REGI DA
gis &c.

SERENISSIMO, POTENTISSIMO, INVICTISSIMOQ; ROMANORVM, HVNGARORVM ET BOHEMORVM REGI
FERDINANDO III.
Vade in hac fortitudine tuâ,
et liberabis Îsrael.

Iudicum c. 6. Vers: 14.

Anagramma.

FERDINANDVS III.
Hector Austriæ,
abit bellatve.

B*ellavit Gedeon, bellas FERNANDE; redemit
Ille suum, redimis TV Populumq; Tuum.
Hinc gratus populus Gedeonem fovit amore,
Hinc TE FERNANDVM Plebs quoq; grata colit.
Ergo cum Reliquis TIBI REGI debita solvo,
Sunt Metra pauca, vovent hæc bona multa; cape.
Sac: Regiæ Majest: Tuæ*

Subjectissimus
Servus:

M. Matthias Jacobus.

C 2

LECTO-

NOTA

marchis
Secat.

LECTORI CANDIDO.
Et judicabit nos Rex noster, & e-
gredietur ante nos, & pugna-
bit bella nostra pro
nobis.

I. Regum c. 8. V. 20.

FN, FERDINANDUS
TERTIUS,
Bohemię Rex Maximus,
En, HECTOR & SPES AUSTRIAE.
ABIT per oras Patrię,
BELLATVE cum Potentibus,
Pacem requirit Gentibus;
Speremus ergo firmiter.
Acquiret hanc feliciter.



EPOS.

EPOS.

M Ars fremit, Arma sonant, Furor aestuat, Ira calescit;
 Omne Malum, Poenas omnes Septentrio misit:
 Undè Solum trepidat, Populus perterritus haeret,
 Quò fugiat nescit, motus Occasus & Ortus,
 Hos sentit, renitet Spes illi parua salutis,
 Exitium paritèr Parvis Magnisq; minatur
 Vnio Multorum; paucis ut plurima tandem
 Dicam, confusum Chaos est, quo perditur Orbis.

Hoc fit, sic factum durat per tempora multa:
 Atq; perennaret, nì, nì FERNANDVS ab Austro,
 CÆSAR ab Austriacâ prognatus Stirpe Domoq;
 Omne Bonum nobis, Tecum REX optime, jam, jam
 Mitteret, en Martem placas FERNANDE frementem,
 Illius Arma, Tuis Armis, resonantia frangis:
 Te veniente Furor flagrans compescitur, ardens
 Ira fugit, pereunt Poenæ, Fraudesq; Minaq;
 Secedunt; Astræa redit, suppressa resurgit
 Cum Pietate Fides: Tellus hinc gaudet, & omnis
 Plebs fundit plausus; non olim gaudia tanta
 Scipio Romanis, Tyrÿsq; nec Annibal ipse
 Attulit, Hunc Armis vincis, Virtutibus Illum;
 Hostibus es Terror, Spes & Solamen Amicis
 Existis (dictum probat Experientia factò)
 Gentibus es cunctis REX admirandus, Avorum
 Ecce Tuâ partâ, superas Encomia Laude.

Magnus erat Marius, Dux magnus eratq; Camillus,
 Urbis vterq; fuit vocitatus Conditor; Orbis
 Tu meritò dici poteris Servator; Eundem
 Quippe munu forti, pereat ne Militis ense,
 Induperatori, Patriq; Tibiq; Tuisq;
 (Auxiliante DEO) servas, Confusaq; recto
 Oraine disponis: Quare quò grandior Urbe
 Est hic Orbis, eò Ducibus Tu major es Istis:

ECHO, sive CLASSICVM.

I, Tuba, rumpe moras, effla Taratantara RARA,
ARA fit in Campis, incipe FLARE LARE,
Tympana per STREPITVM CREPITVM resonate CANORE,
ORE sonum SVBITVM, TVM REPARATE RATE.
Buccina PASSIBILI BILI pugnantis ADESTO,
ESTO, ceu Citharæ, tu bene, ZONA, SONA.
I, Miles, PALMIS ALMIS cape Tela POTENTER,
EN TER Mars dirus Classica CLAMAT, AMAT.
Linque FORES, ORES, tibi non sit TESSERA SERA,
ÆRA para, subito cursitet ÆQVVS EQVVS
ACTVTVM TVTVM Clypeum Galeamq; CAPESSE,
ESSE sub armatis te PATIERIS HERIS.
En VEROS, HEROS adijt tuus inclytus, HOSTES,
O STES! ut murus, pes Sata CÆDAT, EDAT.
Profer TORMENTVM, MENTVM TVM tange FVRENTVM,
EN TVM crus Hostis torre VIBRATO RATO.
BOMBARDIS BARDIS furiosis ritè RESISTE,
ISTE labor tua Laus (quam Rhea QVÆRIT) ERIT.
Agminibus DENSIS ENSIS tuus adsit & HASTA,
ASTA, cæde, neca, Corda SEVERA, FERA,
Fac Miles (REPETO, PETO) Rex quod mandat HERVSQVE
VSQVE tuus; bona nam munia TRADIT, ADIT.
PVGNATO NATO Christo, pro Cæsare FVNDAS
VNDAS sanguineas, in quoq; FIDE, FIDE.
Pro GREGE, REGE pio bellato FORTITER, I, TER
(TER dico) saluus, si MORIERIS, ERIS.
Hostes PROSTERNES, O STERNES! Corpora DIRA,
IRA sat licitâ, Ius ita VAGIT, AGIT.
Gaudebis PRÆDA, RHEDA Plaustrisq; RELICTIS,
ICTIS tunc demes omneq; PRONVS ONVS.
ABSCONDET, CONDET Mars arma potentia DIRVS,
IRVS erit, capiet quem male FVMVS, HVMVS,
AVFVGLET, FVGLET procul hinc Bellona REBELLIS,
BELLIS cessabit vertere PRATA RATA.
Pax SVRGENS. VRGENS Virtutum dona, REDIBIT,
IBIT & huc verus (credito) CLAMOR, AMOR.

Ex-


Exurgent FLORES, O RES! pro tempore CARÆ,
 ARÆ, quæis vestit limina CLERVS, HERVS.
 Et CLARAS ARAS Clerus REPARABIT, ARABIT
 RURA COLONVS, ONVS. granatq; CREDET, EDET.
 In PARVIS ARVIS fructus fluet undiq; MAGNVS,
 AGNVS ovans saliet per juga SCITA, CITA.
 Ex HORTIS ORTIS referet Plebs plurima PRVNA,
 VNA fides Omnes [ne dolus HÆLET] ALET.
 Per cunctas PARTES, ARTES & dogmata MVSÆ
 VSÆ concedent, est ubi LIBER IBER.
 ASSVRGET; SVRGET dives Mercator, ABIBIT,
 IBIT & hinc, tutè perget AMARE MARE,
 Merces INGENTES, GENTES quas ante TVLERE.
 ÆRE suo proprio postea DEMET, EMET.
 Nunc PLORANS, ORANS Populus tunc stabit HONORIS,
 ORIS cantabit vi, quasi SVAVIS AVIS.

VOTVM PALINDROMVM,

Sive recurrens per easdem literas,

ut illud.

Signa te Signa &c.


 Vto; veli, bona Res, terret sera nobile Votum:
 Ira para, rege te, ne tege rara Pari.
 Si caperet Timidos os, ô dimittere pacis
 Sol ope! Roma tenes en et amore Polos.
 Si bone REX et Epos vis Jus ope texere nobis,
 Si tepet iratâ re, Rata ritè petis.
 SudiFER eDIS et es, NANS è te sidere fiDVS,
 Sumen, eT E ReTI, vivite rete, nemVS.
 Arca Solo verè REX è re (re volo sacrâ
 Aut et re Vatis sis) ita verte tua.

Sit,

Sit, sis vi positâ, sis i, satis, ô pius istis!
 Ede, sed arte, Polos SOLope trade, sede.
 Assereres, i, vi DVX, udi visere fessa,
 Aut ale Te REGI, vigere tela tua.
 LVX è re sis, is ROS, ô SORS i, sifer exul
 (Telis à ritu Te det ut Ira) silet.
 I, sino, Bella vetas, Sedes, sate v alle Boni, si
 SOL ô belle meres? i, seremelle bolos.
 I, canè; tam rarò locat, à, color, arma Tenaci,
 Jus adit è miti vi, timet Ida suî.
 Ore veni, MONS es, Jus vises nomine vero,
 ARA per as i, res ô seris! ære para.
 Angerat ore Senis sedes sine se Rota? regna,
 Tela Cor ore feret (Terefer oro) calet.
 Nemo Tereget, et MVRVM Te, Tegeret Omen,
 Tere Fax alet; Ars, is? rate laxa feret.
 Aures en imi Libi Tibi limine serua,
 Sidere Tu tibi (si visibi Tute) redis.
 Sic à parte petet SVMVSTe, Te PETRA pacis
 JESVS; i, verè Tere visus Ei.



VOTVM SIBYLLINVM

feu

ANAGRAMMA NUMERALE.

FerDinanDVs TerTIVS, DVX beLLi VenIt.

Anagramma

I, LVX, VnItIstV reDDes fVnDa LIbenter.

Aliud.

ReXDabIt, en nVtrI, fVnDIItVs ILLe DeVs.

Tela

T *Ela volant, Tormenta sonant, caligo resurgit ;
Hostis adest, patrij possidet arva Soli.
Hinc Plebs unitur, tenebrosis conditur antris,
Dum petit ereptos luce subire Lares.*

*I, LVX, VnItIs tV reDDes fVnDa Libenter,
ReX Dabit, en nVtrl, fVnDItVs ILLe DeVs.*



FERDINANDVS TERTIVS,

Hungariæ et Bohemiæ Rex coronatus,
Archidux Austriæ,

Anagramma

T *Thura dabis fidei, dextræ ô vi! Regna revinces,
Hic Exoratus, munera, thura notas.*

T *Hus fidei (Pietas) longè cum pace recessit,
Pus fraudis (Levitas) huc quoq; bella fluunt,
Hostis Regna tenet, despectat thurea dona
Aras conspurcat, putida dona colit.*

*Hinc DEVS & Sancti sacro privantur honore
Hinc Dis & Furia concelebrantur humi.*

*Huc FERNANDE veni, lustres hæc omnia; visis
Istis quid facies? Tutor honoris eris,*

T *Thura dabis fidei, dextræ ô vi! Regna revinces,
Hic Exoratus, munera, thura notas,*

*Hæc offerre jubes Templis sacrisq; Sacellis,
His, mandas, Superos & celebrare Deum,*

D

FER-

FERDINANDVS TERTIVS,


Hungariæ et Bohemiæ Rex coronatus.

Anagramma.

Hic vè in terrâ tere fugando Hostem, exornabis
nutu DEI Aras.

EST Cælum cæli Domini, sunt Regna Solumq;
Regum, pax illic, hic fera bella manent.
REXes, regna Tibi data sunt, FERNANDE, nec illa
Hoste carent; quare tela parata gere

Hic vè fugando tere in terrâ Tu funditus Hostem,
Et Pacem plantes, insere Iura, Fidem,
Ecce, DEI nutu sic exornabis & Aras,
Quas ferus Hæresen prob! violavit Aper.




FERDINANDVS TERTIVS,

coronatus Rex Hungariæ.

Anagramma.

I, nunc Dux et rura orna, Hostes DEI in
terra fugas.

In, nunc & Populo Dux orna rura; fugas hic
Hostes in terrâ, Marte potente, DEI.
Pacificas, removes, profligas, distrahis, arces,
Dissidium, Fraudes, Bella, Duella, Minas.



FERDINANDVS TERTIVS,


Rex Bohemorum.

Anagramma.

I, Dux in orbem terrarum, Hostes funde.

I, Dux,

I, Dux, funde tuos Hostes, armatus in orbem
Terrarum; Virtus Te iuuet alma DEI.
Erige Depressos, remove de Sede Potentes;
Es Rex, & Regis Filius, Ipse regas.



F E R D I N A N D V S T E R T I V S,
Hungariæ ac Bohemiæ Rex coronatus.

Anagramma,

Ergò Archidux, Hæres, et Dominus Austriæ
fert bona nuncia?

B Vllit in terris, velut vnda fervens,
Hostium sævus Furor, arma contra
Gens movet Gentem, Pietatis omnis
Exulat ardor.

Opprimunt, fidos Famulos, Rebelles,

Expetit pacem Populus fidelis,

Clamat; ô nôster pie Rex adesto!

Porrige dextram.

Illud advertit, venit ergò laicus

Archidux Hæres, Dominus potens et

Austriæ, nobis bona fert misellis

Nuncia Servis.



F E R D I N A N D V S T E R T I V S,
A R C H I D V X A V S T R I A E.

Anagramma Chronicum.


Attrahe ReX (ID slt) fVnDIrVs, arDVa VInCes.

E N FERNANDE tui fundi rus possidet Hostis;

Te cura, Populos ardua bella premunt.

Attrahe ReX [ID slt] fVnDIrVs, arDVa VInCes

Pax surget Populis, & Tibi cura cadet.



D 2

FERDI-

FERDINANDVS ERNESTVS,
Archidux Austriae.

Anagramma.

Hic intras fidus Rex, reddens arva venusta.

VT globus igni vomus rapidis non mergitur undis;
Sic FERNANDE premi Laus Tua parta nequit.
Quæ tentas præstare, lubens ea perficis: atq;
Cedunt ad nutum, quæ facis acta Tuum.

Hic intras fidus Rex, reddens arva venusta,


Semen habes veram, quam seris Ipse, Fidem.

TERTIUS es, sequeris PRIMUM, sequerisq; SECUNDUM

FERNANDOS; PROAVVM scilicet atq; PATREM.

Et benè: perfectum Trinum manet omne; ter aptè

Perficis Incèptum, Te juvat alma TRIAS.



FERDINANDVS ERNESTVS,

Anagramma.


Frendentis Rus eundas.

MArs gerit arma, sibi Rus frendens curribus Hostis

Vestit; sub castris gramina trita cadunt.

Quid Tu REX agitas? enudas undiq; Rus Tu


Frendentis; surgunt gramina pressa Solo.



VEXIL-

VEXILLUM PACIS.

SE rvat Pax agros; Bellum sata semina calc AT
Velle BO num Pax dat; Bellum mala promo VEt acta.
Ius Pax consig NA t; Bellum FOvet undiq; fraudes.
Templa struit Divis PAX, Bellum destruit Aras.
Re Pax nos sa NA t; nos Bellum MO bile perdit.
Ergò BO nam Pacem, bone Rex fer; sol VE sacrata
TE mpla, Deo fiant Laudes; Mars indè reced AT.



PROPUGNACULUM FIDEI.



Erigis eccE
Rex bone RobuR
Dirigit illu D
Iudex rherusq; cæll
Nos subditos foves iN
Aulâ tuâ venusta
Nisus reservas & ChelyN
Davidis optimos apuD
Viros, foves in sinV
Spiritû pacis, fideiq; fructuS,
Turbidas mētes tuaLux serenaT
Excitat Tristes tua Vis, tuisquE
Regnis avitā protegit fidem; DecoR
Tuus, tuusq; splendor Omnes erigiT.
Ius, tua Majestas, toti disseminat Orb I
Vnde movet plaus⁹ gēs omnis Solis in ortV
Sicq; tuum Nomen crescit, tua floret & ætaS.

D 3

FAMA

S
V
D
N
A
N
I
D
R
E
F

TVS,
sta.
r undis
tanequit.
atq;
uum.
n.
NDUM
EM.
apte
VS,
ostis
XII.

FAMA FELICITATIS.

Festinate foris Famuli Famulaq; fideles,
Ferte foras flores florentes, ferte favillas
Flammiferas, fumum fragrantem fundite: Fauvi
Ferte feras, fruges, ficus, frondesq; ferentes

Fructus: Fictores formosas fingite formas
Fornicibus, fusim fluxas firmate fenestras
Fulcris Fautores: fagornm figite frondes
Flëxibiles Fanis, Figuli formate figuris
Fornaces, fabricate Fabri frameas foculosq;
Ferratos, faciles Fartores fercula ferte.

Fata favent factis, Furias Fortuna furentes
Frenat, fida Fides floret, Fraudesq; famesq;
Fatales fugiunt: fructus, frumenta, farinam
Eenisecaq; ferunt, fiunt fora fulgida fusim,
FERNANDVS Fautor Fidei, Fax fulgida Flosq;
FERNANDI Fidi, festinat. faustaq; festa
Fert Famulis fidis, facti formidine Fessis
Fert firmum fulcrum, Falsis fundamina frangens
Fortia; feruenti Fidei fervore fatigat
Falsidicos, flocifacientes Festa Fidemq;
Factoris Firmamenti: fallacia facta
Fœdisfragis frangit fatali fulmine (forte
Fidorum ferro Famulorum?) fœdera Fratrum
Firma facit, falsâ Fortunæ fronte fugatâ
Fert fasces fortes, Famulorum fœnore fausto.

Fundite Fatiloqui Famili faustissima facta
Falciferis fidis: faustæ Famaq; favete
FERNANDI Fortis; firmè firmata fovete
Fœdera Fœnisecæ, furias fletuq; fugate,
Funestos: ferrata fremat fundatq; fragores
Fistula Fautorum, fugiat formido furorq;
Fœmineus; Fures furaces: Furciferosq;
Falsos, FERNANDVS fausto fulgore fugavit
Felicis Fati; fecit florere favore
Fidorum fines Famulorum, fulcra foresq;
Falforum fregit, frameâ, ferro, face, fuste
Flammivomo, fudit faculas feretrumq; Furentum.

Fas fit, Fatidici feruentèr Fana frequentant ;
Festa fovent, fido Fato faustiſſima fundunt
Facta: freti Factor fortunet fœdera, florum
Factor, FERNANDVM Famulis figmenta fugantem
Flamine fortificet, faustum faciat, foveatq̃.



ÆNIGMA APOLLINIS.

DIU nitet Virtus ; Pijs adfert Jura
Pacis: his tutè tenet dure Tentatos.

INTERPRETATIO MERCVRII.

sive

Anagramma Chronicum
ferDinan DVs rertlVs,
VenIt, VIDIt, VICIt,
Hostes patrls et Patrlæ.

DECLARATIO PALLADIS.

Vt Veni, Vidi, Vici, cum Pharnace pugnans,
De se Cognatis non malè CÆSAR ait.
Hoc de FERNANDO Pallas canit omnibus ; Hostes
Ut Venit, Vidit, Vicit & ille suos.
Cunctando Fabius Romanis restituit Rem,
Fernandus Populis Ius properando tulit.

ELOGIVM MVSARVM.

Bis dat qui citò dat, bis vincit qui cito vincit,
Nam semper Miseris est odiosa Mora.
Ergò bis vicit CÆSAR, bis vicit & Ipse
FERNANDVS ; par His quis fuit, est & erit &

FINIS.



8-

IN NOMINE JESU!

Christum Servatorem sic allegoricè compellat Psalmista: Myrrha, Aloë, & Cassia sunt vestes tuæ, Psal. 45. v. 9. Hoc Theologus optime explicat & applicat ad Christum.

Botfaccus in
promptua-
rio Allego-
riarum c. 9.
Artic. 14.

Te, mi Christiane, à Christo nomen habens, & eum, ut vestem, indute, etiam ita alloqui decet: Myrrha, Aloë & Cassia sunt vestes tuæ.

Myrrha est amara. Christiani verè talis vita passionibus & amaritudinibus repleta est. Hinc Burchius Christiani-Cruciani humorè describit: Tristis es, & cordi est angor mærorq; molestus.

Adrianus
Burchius.

Myrrha tamen hoc virtutis habet: Putredinem arcet, veneno resistit, & odorem de se spargit. Christianus myrrhà crucis repletus putredinem peccati solvit, ejusdem venenatis incentivis resistit, & odorem pœnitentiæ veræ de se spargit.

Aloës succus acerbus est. Acerbo crucis succo repletus est Christianismus. Aloë tamen hoc efficaciæ habet: Curat hydropisim & arcet melancholiam: Ita afflictio curat superbiam & tollit melancholiam ex peccatis ortã.

Cassia frutex est triplici colore: candido, rubro, & nigro. Hominem in Christianismo adhuc tironem reddit crux nigrum & tristem, post rubrum, quum adoleverit, & demum candidum, quando est exercitatusimus, ut in Christi candidum humorem totus mutetur.

Promptua-
rium Alle-
goriarum.

Cassia, ab effectu solutiva dicta, dulcem gustum præ se fert, & aromatum modo vehementer odorata est, inquit Pancirollus.

Gvidon Pan-
cirollus Re-
rum memo-
rab. l. 2. Tit. 4

Crux, quæ Christianus premitur, solvit à peccati vinculis, dulcem gustum præ se fert, nempe $\pi\pi\omega\iota\theta\eta\omega\upsilon$ & $\pi\alpha\rho\rho\eta\omega\iota\alpha\upsilon$ in Christum, ut dicat: Etiam si me occiderit Dominus, tamen sperabo in eum, Hiobi 13. & aromatis instar multiplicem de se spargit odorem, ut preces ejaculatas, spem, charitatem &c:

Me, Myrrha, Aloe & Cassiã per aliquot hebdomadas hæcenus à Deo amictum fuisse, nostis Vos Lumina & Columina publici Boni.

O quanta dosis amarissimæ Myrrhæ & Aloës mihi adhibita fuit, dum mirabilis Deus permisit, ut gravissimis accusationibus calumniosè onerare. Hæ fiebant, convitia insignia & maledicta in me evomendo: Donna Di quæ in me quidem pauca, extenuando: Noxios deniq; sermones de me spargendo, veluti Egardus Theologus loquitur.

Egardus in
Medullis
Theologiæ.

*Quanta dosis Cassia mihi proposita fuit, dum colore nigro primum
facies & cor tingebantur!*

*Hujus accusationis finis erat vel esse debebat, ut apud omnes, preser-
tim eos, quibus ignotus eram, viderer talis, qualis fui depictus, sicuti in Urbe
& Agro Cycneo in multorum oculis poculis & voculis fui fabula.*

Menander.

*Perpendere tamen plerique debuissent illud Menandri: Quisquis statim
fidem habet calumniis, is aut moribus improbis præditus est, aut inge-
nium prorsus habet puerile. Item illud: Innocentem (inauditum) da-
mnare, peccatum & impietas in DEOS est & in Leges. Antiphon.*

Antiphon.
Orat. 16. de
saltatore.

*Aliter animati estis Vos, ô Lumina in hoc Electoratu Saxonico ful-
gentissima.*

Cominæus
de bello Ne-
apol. lib. 5.

*Quum enim accusatio hæc iniquissima, me planè inaudito, ad Vos de-
portaretur, illud in corde vestro fulgebat, quod habet Cominæus dicens:
Prudenter ergo facturi sunt, (qui aliis præsumunt) quum aliquid ad ipsos
defertur, si delatorem sistant, & fidem sibi fieri jubeant, ejus, quod sit
delatum. Hac enim ratione multò vivent tranquillius, quoniam nullus
eò sit progressus amentiarum, ut, quod probare non possit, de eo alicui sit
facturus calumniam.*

*Audivistis ergo Actorem, alibi auditum. Audivistis & me Reum, in-
simul Actorem, alibi inauditum.*

*Cognovistis impudentis lingue & penna virulentiam. Cognovistis &
hominis innocentis bonam conscientiam, quam latissimâ fronte & corde
vobis aperui.*

*Judicastis demum, ut Decisio vestra & charta illita & sigillo vestro
confirmata indigitat hisce verbis:*

*IN OMNIBUS, OMNIBUS, præ gaudio hanc voculam repeto, PUN-
CTIS MIHI FACTAM FUISSE INJURIAM & C.*

*Legite, relegite hæc Vos, qui præcipites in me præjudicando fuistis,
& penitius perpendite illud Lipsii:*

Lipfius Cent
Epist. ad
Germ & Gal
Ep 68.
P. Mimus.

*Præjudicium vestrum quia merui, spero nunc & judicium: si hæc
pauca legisse otium & voluntas vobis erit.*

*Ad poenitendum quippe properat, qui citò judicat, ait Mimus.
Gratias itaque tibi ago, ô clementissime JESU, è penetralibus cordis, pro tali
tantâ gratiâ, quam in hac causa mihi exhibuisti. Non relinquis justum &
vera-*

vera-

veracem in suspitione & afflictione. Semper igitur laus tua in ore & corde meo.

Verè gratia tua est cornucopiæ, unde dona in pios & innocentes diffunduntur demum & quasi affluere videntur.

Gratias quoque ago habeoque maximas Vestris Reverendis. Magnif. protali tanto in me, innocentem & veracem agnitum, Affectu.

Fideliter omnes Vos me propugnastis adversus Calumnia virus, & Famam meam, quæ cum Vita pari passu ambulat, ab infamiâ & ignomiâ immunem & liberam fecistis.

Ditissimus DEUS hoc beneficii amplissimè retribuat, & faciat vestra vota rata & sibi grata.

Sanctè promitto DEO & vobis, DEI Vicariis, modò Pax & Vita incolumis mihi faveant, me in & cum Christo meæ functioni sanctæ, cui me prefecistis, ita præ- & profuturum, ut ipsius honor & Ecclesiæ promoveatur salus.

Et spondeo, fore, prius ut à me excidam, quàm ut ex animo meo illi, qui tam proclives ad me amandum. Lipsius.

Experior nunc reapse verum esse, quod Egardus habet: Quò innocentia magis temerariis divexatur Calumniis, eò evadit illustrior. Adde ego: Cum DEO imposte evadet clarior, ut Josephi, Davidis, Athanasii, Lutheri, quin immo Christi exemplo liquet.

Innocentia quidem ex parte oppugnatur: tamen nunquam expugnatur, quia invicta in DEO & per DEUM consistit.

Veritatem picturi Veteres formabant mulierem nudam, eamque pulcherrimam, quæ dexterâ manu tenebat Solem, alterâ verò librum apertum, cum ramo palmarum. Nuditas, Solis fulgor & apertio libri indicant, quòd veritas luce gaudeat: Ramus palmarum verò, quòd non supprimatur sed tandem emergat & victoriam obtineat veritas.

Hanc in & de me Calumnia formabat larvatam eamque maximè deformem, quasi alterâ manu teneret obscuram nubem, alterâ verò librum clausum.

Vos, Viri Reverendissimi, exuistis hanc mulierem: Nuda nunc apparet, Solem in alterâ, in alterâ verò manuum librum apertum habet.

Rumor de Pythagorâ passim divulgatur in Philosophorum foro, quasi

Lipsius Cene
1. epist. 85.
Egard. in
Medulla
Theol.

Stegmanus
in parte 2.
Christogno-
fiæ p. 222.

statuerit μετεψύχων, quod anima humana quorundam post mortem corpora brutorum informet.

Reuchlinus
lib. 2 de Ca-
bala, p. 676.

Hec suspicio, ut habet Reuchlinus, ex hominibus, Pythagoricorum & mysteriorum partim ignavis partim ob invidiam perosis, orta est.

Non enim caruit amulorum livore ejus Viri fama celebris, & vita innocentissima.

Multi invidi carptores, Timon, Zenophanes, Cratinus, Aristophō, Hermippus de Pythagora suis in libris plurima mendacia scripserunt, ac ea prodiderunt, quæ nunquam ab illo vel dicta vel scripta fuere.

Factum hoc est Pythagoræ, quem Reuchlinus abundantissimum scientiarum fontem nominat: Qui rumor malus de me spargi non debuisset, qui de fonte scientiarum paucas libavi guttas?

Angelinus
Gazaus.

Angelinus Gazaus in piis Hilaribus Diabolum agrotantem & periculoso morbo, quem Medici Picam vocant, laborantem introducit.

Varia ei apponuntur: Fungi, papaver, bubones, cuculi, minuta de mille colubris & alia dapsilia fercula. At Patiens Diabolus ait:

————— Pastillos volo,

Lingvis refertos improbis. Lingvas mibi

Mora nulla de repente de vestigio

Vos orbe toto quaerite. Id fereli volo.

Apologon audis, Lector, haut falsum putes,

Nil egrienti Dæmoni est optatius,

Quam lingua mendax, lingua fallax, improbos

Prona in susurros aut probra aut calumnias.

Barthius in
Amphithea-
tro.

Hocce pharmaco agrotantem Dæmonem adhuc curare solent turpidolo-
studii, ut cum nobilissimo Barthio loquar, quos veteri Gallorum lingua

Pancirol. 1.2

Mormosetos dictos putat Pancirollus, à murmurando fortassis, quasi

Rer. Memor

Susurrones, quod aliorum sermones & plerumq; tacendos, in aures eorum, qui presunt, murmure, ex ira presertim orto, insusurrent.

Sed quorsum? ad Allegoriam meam redeo.

Myrrha putredini & veneno resistit. Ita hac afflictio, DEO permittente, mibi immissa efficit, ne putredo ejusmodi peccatorum me inficiat, sed ut iis, mortificatione carnis, resistam, & venenum eorum effugiam. Odorem de se spargit Myrrha. Crux hoc odoris de se spargit, ut verum esse experiar,

quod

quod Theologus ille Oldenburgicus ait: O quam bonas cogitationes & praeclaras motiones sentim⁹ sub cruce! Quis poteste loqui, quanta gaudii indicia heic conspiciantur?

Buscherus
in Templo
cordiali &
domestico.

Aloe curat hydropem & Melancholiam. Ita haec tribulatio prima fronte mihi quidem injecit melancholiam: Habet quippe aculeum quendam Contumelia, quem prudens etiam difficilimè pati potest.

At melancholia isthaec hoc efficacia habuit, ut fretus bonâ conscientia & innocentia humilitati studeam & patientia.

Quod si adjiciam Myrrhae & Aloë Crocum Orientalem, confit inde ELIXIR Proprietatis, cui Osvaldus Crollius miras attribuit virtutes:

Crollius in
Basilicâ Chy
micâ p. 171.

Oculorum quippe caliginem depellit.

Cor & memoriam confortat.

Intellectum & omnes sensus acuit.

Melancholiam aufert & letitiam affert.

Canitiem retardat, & quas alias plures recenset.

Hoc Elixir proprietatis mihi appropriabo.

Sicut deniq; Cassia haec mea afflictionis me initio nigrum reddidit: ita in laudatissimo Protosynedrio me fecit rubrum: Erubesceram enim, quia salva mihi res erat, & nunc candidum & innocentem me praedicat Fama.

Tali veste haëtenus fui amictus.

Aliâ nunc veste à DEO justissimo amicior. O amaritiem Myrrha, Aloës & Cassia!

Militaris Furia me heic Fribergæ detinet, ne Werdam ad uxorem & liberos concedere valeam.

Heu heu, Nulla calamitas sola! Uxorem & novem liberos audio lacrymantes & singultantes: Nesciunt quippe, an & ubi jam vivam? Et mihi marito & patri ipsorum lacryma extorquentur, nescienti; an & ubi & quomodo jam vivant? Sint, ut puto, Cycneæ: Tamen in maximâ sunt anxietate. Ab Bibliotheca mea, supellex, frumenta, jumenta & reliqua, ubi ubi? procul dubio in manibus omniraporum militum aut aliorum, vel in Cinere.

Quid conscientia illi erit, qui jam in tam profundum barathrum me detrudit?

Ago

Ago tibi, mitissime JESU, gratias maximas pro patientiâ, quam mihi in priori paroxysmo concessisti & in hoc largiter concedis.

In part 2.
Christogno-
fia.

Memphitis, ut, ex Plinio, Stregmanus allegat, est lapis, quo distemperato cum aceto, si membra linita fuerint, ita efficiuntur stupida, ut nullas lesiones sentiant: Ita lapidem me jam oportet esse, & linire me patientiâ, ut sustinere hasce lesiones valeam. Revera nocumenta documenta.

At Uxor & Liberi, hanc injuriam, extra omne merisum mihi illatam, DEO ultori suis suspiriis & lacrymis commendabunt.

Alch Weib / Kind / Hauß vnd Hoff / vnd alles was man hat

Zu verlassn vrsach gebn / das schmerzt / bringe mercklich Schad /

Wanns Swissen dem auffwacht / wie wil er finden Rath ?

Pagninus.

Galatinus

lib. 7. de Ar-
canis Cath.

Ver. cap. 15.

Sapidissimus est homini panis mendacii, inquit Rex Salomo; quod Pagninus ita vertit: Snavis est Viro panis Falsitatis. At additur: deniq; implebitur os ejus calculo, Proverb. 20. v. 17. Per Calculum P. Galatinus intelligit pœnam Inferni aeternam. Nam Calculus, quum durus sit, mandi non potest, neq; consumi, neq; deglutiri, neq; expui, quum totum os plenum est: Sic pœna Inferni durissima quidem ac durabilis est, nullatenusq; evadi potest, neq; finiri, neq; diminui, neq; aliâ lacrymarum humiditate molliri.

Lipsius de
Constantia.]

Usq; adeo cognatum imò innatum omni sceleri sceleris supplicium. Nec crimen quisquam in pectore gestat, qui non idem Nemesein in tergo.

Quum veritati hæc sint consona & justa, Vobis, Veritatis & Justitiæ propugnatoribus, ut & aliis innocentie amantibus, delineare suasit & extorsit necessitudo.

Æqui boniq; hæc consulite, Mecœnates exoptatissimi & me innocentem propugnare & vestro favore me erigere & promovere pergite.

JESUS vobiscum & mecum semper! FRIBERGÆ dabam pridie

Kal. Mart. Anno MDIJCXXXIX.

Cum JESU
HIEROGLYPHICA
DELINEATIO

Calumniosæ & venenosæ Tribulationis,
 Virtuosæ & fructuosæ ex illa Liberationis,
 Et non odiosæ nec otiosæ pro eâdem gratiarum actionis,

facta & publicata

per

M. JOHANNEM EULENAVIUM,
 Werdaviæ Pastorem, jam in Pathmo quasi
Fribergæ commorantem.

Ibidem Typis GEORGI BEUTHERI excusa.

Anno clc lcc XXXIX.

SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIÆ

Intimo & Ecclesiasticis Dn. CONSILIARIIS

*Reverendissimis, Nobilissimis, Magnificis, Consultissimis,
omnigenaq; virtute & eruditione præminentissimis,*

PRÆSIDI,
THEOLOGIS,
JCTIS,

Laudabilissimi Dresdæ PROTOSTNEDRII ASSESSORIBUS, &c.
Uti & ejusdem.

Clarissimis, Amplissimis, Literatissimis,

SECRETARIO,
PROTO-NOTARIO,
ET PRIMARIO ACTUARIO,

*Dominis meis Patronis & Mecœnatibus magnis,
ut & Fautoribus & Amicis æternum
colendis.*

L.M.Q.

DEDICO.

Kab. 1741

XONIA

IS

(ultissimis,
imis,

RIBUS, &c.

O,

is,

EDICO.

Gy 101



Stadtbibliothek Chemnitz



A 145109 5



SLUB

Wir führen Wissen.



STADT
BIBLIOTHEK
CHEMNITZ

